



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 24. Initia belli in Suevia a Rusticis excitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

quæcunque prædicaret, inspirari, se- Sæcul. XVI.  
A C. 1524.  
que a Deo selectum, ut Gedeonis gla-  
dio novum Christi Regnum fundaret;  
verbo, tam scite Enthusiaſtam, ſeque  
divinitus illustratum mentiebatur, ut paſ-  
ſim Fanaticorum caput haberetur. Is  
Alſadio pulſus, ut ſupra dictum, ali-  
quamdiu Norimbergæ morabatur, ubi  
plebem ad ſeditionem movíſſet, niſi Ma-  
gistratus constantia obſtitiffet, a quo ur-  
be ejeſtus fuit; nihilominus librum  
quemdam prorsus feditioſum edidit,  
pluraque illius exempla ubique divul-  
gavit: unde in variis locis ingentes ex-  
oriebantur tumultus.

## §. XXIV.

*Initia belli in Suevia a Rusticis  
excitatī.*

Norimberga Mulhusium profugus to- Cochl. in Ca-  
to, quo Alſadii agebat tempore, tal Sedit.  
ann. 1525.  
quam plurimos ſibi Seſtatores concilia-  
bat, eorumque numerum adeo augebat,  
ut illorum potentia fretus, univerſalem  
ſuam Monarchiam ſuper omnium Prin-  
cipatuum ruinis ſe erigere poſſe conſi-  
deret. Ergo tam calamo quam lingua  
audacter proclamabat, Dei voluntatem  
eſſe, ut tandem Principum oppreſſiones,  
ac Magistratum injuſtiæ ceſſarent:  
cum tempus adveniſſet, in quo illos  
probiſ

**Sæcul. XVI.** probis hominibus subrogatis extermina-  
**A C. 1524.** re , a summo Numine jussus esset : ut  
 vero ejus audaciæ optatus adspiraret  
 successus , innumeros pene rusticos , ac  
 infinitos propemodum sceleratos homi-  
 nes ad suas partes pertraxit , atque ex  
 illis exercitum conflavit , qui totam Ger-  
 maniam terrore complevit , eamque ferro  
 flammaque horrendum in modum vasta-  
 vit . Præ ceteris primi erant Rustici Sue-  
 vi , qui exeunte anno Domini millesimo  
 quingentesimo vigesimo quarto contra  
 Comitem de Lupfen arma sumpferunt .  
**Horum exempla** mox circumvicini se-  
 quebantur rusticī , brevique temporis  
 spatio tota propemodum Germania ve-  
 lut continenti incendio flagrabat , ad  
 quod in tempore extinendum Imperii  
 Status conventu Eslingæ habito indu-  
 cias , nonnullasque conditiones rusticis ,  
 ut illorum petitionibus satisfacerent ,  
 proposuerunt , nec absque successu ; quip-  
 pe illi aliquamdiu a tumultibus publicis  
 cessabant .

### §. XXV.

*Anabaptistarum Secta apud Helvetios  
 ab Hubmeyero divulgata.*

**Spond. ann.** **Præterea** Anabaptistarum hæresis in  
**1525. n. 14.** Helvetia quoque altas egit radices ,  
 ac tantum in numerum præcipue in Ti-  
 gurino pago illius Sectatores excreve-  
 rānt ,